

367.

18000 peditum et 5400 equitum exercitum, con-  
flant. Sveci maxime metuuntur. Istud foedus  
non solum modo sed et Gallos male habet, varij  
suspicionibus urit.

## NOVEMBER.

3. g. d.

In omnibus Provincialibus Polonia conventibus  
decretum, ne unquam de Condai aliterve Galli  
electione in regem Polonia, agatur. Galli Cas-  
rea Sponsa Soti, Brabantiam et Fannoniam  
exami, sibi tribui, non jam secretis votis optant,  
sed importune efflagitant.

Sabaudus, auxilijs à Sororio Bavaro promissis  
et Helvetiorum protestantium desperatione fretus,  
neutri parti accessuros, in Genuenses arma parat.

Suedi Brema obsidione percelli cunctam Ger-  
maniam, et foedera contra seculi animadverten-  
tes, conditionibus cum civitate transigere malu-  
erunt. ut ea, qua sub Archiepiscopis vixerant  
conditione, jure, libertate potto vivant. im-  
pensis tamen in bellum factis repensis. Impe-  
rator Superioris et Inferioris Saxoniae ac West-  
phaliae principes in bellum ciet, misso quoque  
Zinzendorfio, qui Wrangelium abscedere Brema,  
aut vim Caesaris et Imperij expectare jubeat. Brun-  
denburgius et Duces Brunsvicenses iussi expedire  
militem et arma circulatorum Saxonici et West-  
phalici. Ise Imperator Heisterum cum sex mille  
militibus missurus dicitur.